





Pra. 7. num. 17.

23 DISSERTATIO JURIDICA
DE
PRÆNUMERATIONE
EXPENSARVM PARTI
ADVERSÆ, LITE PEN-
DENTE, FACIENDA,

Von
Verlag oder Vorschuß der
PROCESS-Kosten/

Quam
IN ALMA NORICORVM VNIVERSITATE
AVXILIANTE DEO,
P R Æ S I D E
D N.

HENRICO HILDEBRANDO,
JVRIVM DOCTORE, ET INSTIT. IMPERIAL.
PROFESSORE PVBLICO ORD.

DOMINO PATRONO, PROMOTORE

ac PRÆCEPTORE suo omni honoris cultu
etatem prosequendo,
in Ordine Circulari,

pro virili defendendam in se suscipies
ad d. Januar. Anno dō 15 ccvii.

JOHANNES GOTHOFREDVS Hautsch/
Olsnicensis Variscus.

Edidit altera, LITERIS KOHLESII, Univ. Typogr.



DISSERTATIO JURIDICA
DE
PRAESUMPTIONE
EXEQUARVM PARTI
ADVERSA, LITE PEN-
DENTE, FACIENDA

Quam
Scheda n^o 1000
PROCESSUS

IN ALCIA NOROORVM UNIVERSITATE
AVZILIANTE DEO
P. R. S. A. D. A.

HENRICO HILDEBRANDO
JURIS DOCTORE ET REGIO IMPERIALI
PROFESSORE PABRICO ORD.
DOMINO PATRNO, PROMOTORE

in Ordine Civilium
JOHANNES GOTTFRIEDUS





B. C. D.

§. I.



Vum Respublica Germanica ita ubiis ordi-
 nata foret, ut ob salaria, Judicibus & Dic-
 steriorum Assessoribus, aliisve personis &
 Judicium, & Disceptantes partes juvantibus
 sufficienter & publicè constituta, litigatores
 sportulis judicialibus ac sumptibus litis, Pro-
 cessu pendente, non amplius indigerent; quippe quod facilè
 ed redigendum, si demum finitis litibus, certa quantitas pec-
 unia pro causa gravitate & litigantium qualitate, quando-
 que soli victo, quandoque in casu alioquin decernenda exsol-
 ventium compensationis simul victori, imponeretur exsol-
 venda, & contribuenda in cassam publicam, unde alias memora-
 ta persona Justitiæ administrationi sive judicando & assistendo,
 sive advocando & appendo, aliave ratione inservientes essent
 sustentanda, & pro singulis causis judiciali telo pertextis, præ-
 ter salarium consuetum adhuc speciatim remuneranda. Hoc
 ipsum equidem mæderetur nonnihil infelicitati temporum, ne
 tam facile in Legem Juliam repetundarum peccari, nec per
 Advocatos lites protrahi vulgus præsumeret, ac quotidiana
 fere suspiria, quod sane dolendum, eheu testatum eunt; Si-
 quidem illi, qui alioquin judicantium vices obeunt, ut puta
 suffici-

A 2

sufficientem sustentationem ex honorariis & sportulis suis solitis habentes, tam minus largitiones & dona a litigantibus præstolari, nec Advocati aliive, qui Processibus interfunt, hos ipsos protelare tam facile crederentur: cum hi exinde nullum interesse, imo potius ob remunerationem singulis in causis ipsis præstitutam, incitamentum majus habere censerentur lites obmotas quantocyus amolendi, & ad finem perducendi.

§. II.

Non omnis tamen sumptuum erogatio litigantibus incumbens, isthac provisione alioquin exoptanda amoveretur: quandoquidem eo modo sportulæ judiciaræ, quas litigantes vel judici pro salario, aut illius saltem parte, de quibus vid. *Ordn. des Cammer-Richtes zu Wormbs de A. 1495. §. Von denen Sportulu und Belohnung der Richters Personen.* Vel alias Judicum apparitoribus & litium executoribus, Conf. *tot. tit. C. de Sportulis §. tripli vero agimus 24. Inst. de act. L. f. C. de Castrens. & ministerian. vel Advocatis, Procuratoribus & Solicitatoribus L. 13. §. 16. & seqq. & L. 15. C. de Judic. Ord. Cam. p. 3. tit. 51. §. Weiter soll denen Advocaten.* persolvunt tantum præstitæ atque abrogatæ essent; ne utiquam tamen forent illæ remotæ expensæ litis, quas litigatores testibus, quandoque ex alieno & remoto loco producendis, ad itineris expeditionem & ad alia refarcire debent, *L. II. C. de test. L. 6. §. 2. C. de Appell. Cap. Statutum. §. proferendo. X. de rescript. in 6.* nec non ipsi ob viatica, cibaria & alia in proprii itineris absolutionem necessaria sufferre tenentur. *L. eum quem. 79. in princ. ff. de Jud.*

§. III.

Quanquam non omnibus litigantibus hucusque pro præfenti nostræ Reipublicæ Germanicæ conditione, ceu secundum superius adducta optandum, indiscriminatim prospectum reperitur, sufficit tamen, quod nonnullis & quidem pauperibus

Cum ita expeditissimum, & equitati omnino consentaneum quidem sit subvenire pauperibus litigantibus; non tamen sine omni dubio est; num hos sumptus Fiscus, an Adversarius sup-
 peditare debeat? Adversarius, qui attribuunt, moventur L. Si
 instituta 27. §. 3. ff. de inoff. testam. L. 2. C. de Carb. Edict. ac L. f.
 C. de Ord. Cognit. ibique Gloss. & his accedunt Angelus in Con-
 sil. 245. incip. quia omne Col. 4. v. 105. præterea quis tenetur. Pa-
 ris de Puteo in tract. de Synd. in verb. expense. Judici tribu-
 entes nituntur L. Imperatores 17. ff. de iur. & rat. distrabenda ac
 respondent ad textus allegatos, quod gaudeant specialitate,
 vel loquantur de casu, ubi pauper litigabat de bonis, quæ ei
 ablata, & quæ spoliatione privata licet facta, præsumantur ad-
 huc ejus propria, ceu post Bald. ad cit. L. Imperatores 17. Bar-
 tol. ibidem Boer. decisi. 303. nec non Didac. Covarruv. in pract. q.
 6. n. 5. adducit Hartm. Pistor. lib. 1. quæst. jur. 20. n. 2. & 3.
 Verum enim vero nos hic secundum ea, quæ jam in anteriori
 paragrapho adducta extant, illam controversiam componi
 posse existimamus hac distinctione: num actor pauper lit-
 igans prætendat rem communem vel propriam, ac in iure,
 ex quo agit, habeat iustam præsumptionem, aut agat de ali-
mentis an non? Priori casu parti adversæ injungendam esse
 præexsolutionem sumptuum litis ducimus; posteriori vero ca-
 su Judici harum erogationem incumbere arbitramur per
 Gloss. in L. 1. §. Prator ait. verbo: non habebunt. ff. de postul.
 Hartm. Pistor. L. 1. q. 20. n. 4. & 6. Mev. p. 4. decisi. 194. Carpz.
 in process. Saxon. tit. 24. n. 8. & seqq. Hac ipsa consideratio-
 ne præmissa nititur jamjam illa notoria Praxis & Observan-
 tia tam Imperii summorum Tribunalium, atque Judi-
 ciorum, quam aliorum summorum principum & Statuum
 Imperii Dicasteriorum, quod quandoque usque ad secu-
 tam victoriam non tantum Processus gratis expediantur,
 nec non nuncii executionem tandem gratuito facere, at-

que adeo Advocati & Procuratores parili modo patrocinium
 & quidem nonnunquam sub remotionis poena a foro præstare
 cogantur, arg. L. 1. §. 4. & L. 9. §. 5. ff. de Off. Proc. Cap.
Statutum. 11. vers. *insuper in fin. de Rescript. in 6. Ord. Cam. p.*
1. tit. 78. Recess. Imp. de A. 1600. §. 6. Gail. 2. Obs. 43. n. 18. Matth.
Coler. de Proc. execut. p. 1. c. 2. n. 121. Blum. in Process. Cam. t.
64. n. 23. & seq. imo adeo prænumeratio cæterorum ad litem
 necessariorum sumptuum ex Fisco & cassa iudicii, aus den ar-
 men Sackel de quo Blum. in *Process. Cam. tit. 64. n. 43. vide-*
sis, & Ordinat. Elect. Proc. Judic. Saxon. t. 1. §. ob wie auch
wohl. vers. oder ausser denselben von den Gerichten mit
nothwendigen Verlag des Processus versehen werden
folli. constitutum; pie & provisionaliter præstetur; Sed & quan-
doque illi ipsi sumtus litis ipsimet colliganti parti prænume-
randi veniant, daß er seinen Gegentheil mit nothwendigen
Verlag des Processus versehen muß. Prout sanxit æque Se-
reniss. Elect. Sax. in laudatu Ordin. Proc. judic. tit. 1. §. ob wie
auch wohl. verb. und das entweder das Armuth ic. ac Jus
civile præcepit in L. 27. §. 3. ff. de inoff. test. ibide inofficioso testa-
mento nepos contra patrum suum vel alium scriptum heredem
egerat & obtinuerat, sed scriptus heres appellaverat, placuit,
interim ob inopiam pupilli alimenta pro modo facultatum, qua
per inofficiosi testamenti accusationem pro parte ei vindicabatur,
decerni: eaque adversarium ei administrare necesse ha-
bere usq. ad finem litis. Et l. f. ibi: nam si tales dare non potuerit;
tunc ea convenit, de quibus in iudicio tractabitur, sequestrari
in eum diem, in quo controversa sopiatur, ita ut ex iisdem (si
aliqua alia facultas esse non poterit) tantum litis sumptus &
alimonia homini subministratur, quantum moderato iudicis ar-
bitrio fuerit æstimatum. C. de Ord. Cognition.

§. V.

Justitiæ equidem hujus prænumerationis expensarum
 obloqui videntur sequentes scrupuli, (1.) quod hæcce antici-
 panda

panda sumptuum litis exsolutio, omnino tendat in præjudicium adversæ partis colligantis, si hi eidem pendendi, priusquam constat, num ipsa eisdem jure sufferre debeat, maxime cura iniquum juvare alios, & quidem pauperes, sub prægravatione aliorum, ac illis eum injuria adversariorum suorum in judicio favere, arg. L. 19. ff. de Off. Praef. & Recess. Imper. de An. 1600. §. 8. ibi: wann die maliz und Bosheit / da sie überhand nimmet / und die jenigen Wohlthaten / so den Armen zu besten gemeinet / mißbraucht / gestrafft / und andere in ihren billigen Sachen dardurch nicht auffgehalten und gehindert werden. 2) Quod telam adversæ parti subministrare videatur hæc prænumeratio, qua porrigens sumptus ipse jugulari valet, quod juri haud consentaneum videtur secundum rescriptum Imp. in l. 17. ff. de Tut. & rat. distrah. ibi: Non habet rationem postulatio tua volentis in sumptum litis ab his Tibi pecuniam subministrari. Cui accedit 3) quod solummodo temerarius litigator & victus in expensas litis sit contemnendus; L. 13. §. 6. C. de jud. l. 79. ff. de jud. §. 1. Inst. de pæn. tem. litigant ibique Viennius, nullatenus autem iste, qui nondum victus, vel de ulla litis temeritate convictus est. Deniq; 4) in casum succumbentiæ ejus, qui litis expensarum prænumerationem obtinuit, præexsolvens easdem nullam refusionem ob alterius egestatem consequi possit: quia is nullam videtur actionem habere, nisi propter inopiam adversarii inanis actio est. L. 6. ff. de Del. mal. Hartm, Pistor. *qvæst. jur. lib. 1. q. 20. n. 1. & seqq.*

§. VI.

Sed hisce dubitandi rationibus nihil officientibus, sciendum primo generaliter est: sicuti multa alias in jure ob necessitatem & concomitantes circumstantias conceduntur, quæ alioquin communibus juris regulis sunt contraria; *vid. L. 3. & 10. C. de Fer. L. 3. de F. & I. L. 1. C. Unde vi. & L. 4. & 45. ff. ad Leg. Aquil. L. 3. §. 9. ff. de vi & vi arm.* Ita quoque impræsentiarum indigentia litigantium partium, aliæve causarum cir.

circumstantiæ suaserunt id ipsum, cui regulariter haud adstipulandum: quia necessitas non habet legem, multave alias prohibita hujus intuitu permixta; & multa permixta è contrario prohibita censentur. Nam si secundum Moralistarum argumentationes ac conclusiones, ex bonis alienis in necessitate tam sibi quam aliis succurrere licitum reputatur, Less. *de Just. & Jur. L. 2. c. 12. dub. 12. n. 67.* Joh. de Lug. *de Just. & Jur. Disp. Sect. 7. n. 117.* quidam etiam permixtum sit, providere certis in casibus delictum expensis, pauperibus, aliisque litigantibus, durante processu, ex bonis & prætensionibus, quarum respectu illi justam litigii prætensionem pro se jam habent. Didac. Covarruv. *quest. pract. cap. 6.* Cravett. *Consil. 164.* Guid. Papa *q. 561.* Cephal. *in Consil. 127.* Joseph. Ludovic. *decis. 46.* Hartm. Pistor. *lib. 9. n. 4. & 5.*

VII.

Hanc provisionem tamen tunc demum justam & æquam reputamus, si modo (I.) litigans, cui adjudicantur tales litis expensæ, processu pendente, sit pauper. *L. fin. C. de Ord. Cognit. Mev. part. 4. Decis. 394. n. 4.* qualis non potest non haberi ille, qui non sufficit ei rei, quæ ab ipso exigitur, quique tantum in bonis non habet, ut ipse sumptus ad litem necessarios sufferre valeat. arg. *L. 24. pr. ff. solut. matr. Mev. part. 3. decis. 178. num. 3.* Non obloquente *L. 10. ff. de accus.* ubi iste pauper dicitur, qui minus quam 50. aureos in bonis habet; Si quidem hic textus solum ad accusandi habilitatem in criminibus restringendus; non autem ad alia loca de pauperibus loquentia, & paupertatem haud determinantia pertinet. arg. *L. 7. & L. 40. ff. 1. ff. de Excus. tut. & §. 9. Inst. eodem.* ibique Vinn. Unde convenientius est paupertatis determinationem, Judicis arbitrio, sicuti in aliis materiis, ita & hic definiendam relinquere, arg. *L. 1. ff. de Jur. delib. Menoch. de A. F. 2. lib. 2. cas. 65. per tot.* & quidem pro diversitate materiei substratæ, circa quam facultates & opes considerantur, *Mev. part. 7. decis.*

decis. 264. n. 4. (II.) Disceptatio ac lis sit vel de re propria, vel communi, L. 27. §. 3. ff. de inoff. testam. ibique Brun. n. 8. Mynsing. Cent. 6. Obs. 21. n. 1. Hartm. Pistor. lib. 1. qu. 20. num. 4. Sed num idem etiam sit sentiendum de creditore inope, qui non ex jure in re, sed ad rem petit, quæritur: Sane nulla reperitur diversitatis ratio, cur non & huic egeno ab eo, qui convenitur, simile subsidium prænumerandarum litis expensarum sit porrigendum, dummodo de jure ejusdem petendi constet, ac vel quantitas tantum crediti dubia, vel ex parte rei conventi, opposita exceptio illiquida nonnihil adpareat; ubi ergo eadem ratio, ibi quoque idem Jus obtinere, censendum est cum Fabro in Cod. Sabaud. lib. 8. tit. 6. def. 2. n. 2. Mev. part. 4. decis. 194. & part. 5. decis. 375. &c. Denique (III.) proprio illas litis expensas anticipaturo, militet bonæ causæ præsumptio, in hac enim potissima hujus prænumerationis discernendæ ratio consistit. Menoch. de Præsumpt. L. 1. q. 25. n. 1. & seqq. Brunnem. ad L. 27. ff. de inoff. Testam. n. 8. Nec iniquum esse videtur, interea ex eo, ad quod justa suppedit petito, media id consequendi erogare. Carpzov. part. 3. decis. 242. n. 3 in verbis: *Non male forsan quis eos judicis prudentis arbitrio commiserit, quo litigantium pariter qualitates & causæ statum quin & circumstantias quasvis exactiori judicio perpendens decisum feliciter suppeditabit.* Guid. Papa q. 561. Hartm. Pistor. q. 20. n. 4. Myns. Cent. 6. Obs. 21. Matth. Coler. dec. 276. n. 1. quia de causæ bonitate, ejusque suspitione, nonnisi ex negotii cognitione constare potest, maxime cum Judex extra hanc nihil scire existimeretur, & ea, quæ ad eum delata, nuda narrata solummodo dicantur. Mev. part. 4. decis. 194. in fin. Nisi litigans ac sumptuum præexsolutionem præstolans, jamjam sententiam, in prima instantia pro se latam, allegare valet, hoc casu tamdiu etiam absque ulteriori circumstantiarum investigatione, Judex, præsentem provisionem decreturus, justitiam causæ pro eo adesse, præsumere potest, donec contrarium

rium deducatur, arg. ap. 9. X. de Renunciat. & cap. 23. X. de Elect.
 Menoch. de presumpt. lib. 1. pres. 67. n. 41. Berlich. part. 2. dec.
 212. n. 54. Mascard. Conclus. 16. n. 14.

§. VII.
 Cum autem Responsa Jctorum, a partibus litigantibus,
 proprio motu, vel ad sui informationem ac securitatem vel
 cognoscendum fundamentum, ipsorum causæ impetrata, hanc
 ipsam præstent utilitatem impetrantibus, quæ liberent à con-
 demnatione in expensas: arg. L. eum quem temere 79. ff. de Ju-
 dic. & §. 1. ibi: *Improbis litigator, Inst. de pana temere litig.*
 Gail. 1. Obs. 152. n. 6. merito heic in disquisitionem venit:
 Num & hunc effectum ista consilia, privatim obtenta, forti-
 antur, ut Judex exinde talem bonitatem causæ præsumere &
 colligere possit, quæ sufficiens ad præsentem prænumeratio-
 nem litis expensarum, parti adversæ injungendam? Quod ip-
 sum sane nobis haud affirmandam videtur, partim quia hu-
 jusmodi consilia vel responsa Judicem nec in referendo, nec
 in votando plane stringunt. Recess. Imp. de Anno 1654. §. 96
 ibi: *Solche Consilia sollen weder in referendo, noch vo-
 tando Ziel oder Maas geben.* sicque jus inter partes haud
 constituunt; partim vero sæpiuscule ad rescissionem
 facti, nec rite nec genuine a partibus litigantibus formatam
 a Jctis vel Collegiis eorundem extrahuntur & obtinentur, hinc-
 que semper sub illa tacita clausula: si relatio facti veritate
 nititur, ad instar rescriptorum, secundum Jctorum morem
 & Praxin intelliguntur; quo & veteres Jcti jam tum olim re-
 sponderunt, assueti his respondendi formulis: respondi secun-
 dum ea, quæ proponuntur; quas videsis in L. 3. §. 1. in fin.
 ff. de Transact. L. 39. pr. & §. 1. ff. de Minor. Ut adeo exinde
 sufficiens argumentum justæ ac relevantis causæ, ad præsen-
 tem provisionem expensarum prænumerandarum judici, pos-
 sit desumi vel minime; nisi etiam ipsa justitia causæ eidem
 insimul ipsi ex actis innotescat. Cui rei parum obstitit su-
 perius

perius assertum, quod tamen ista consilia relevent ab expensis: Siquidem ingens est differentia inter liberationem ab expensis, seu eas causas, quæ absolvunt a præsumptione improbæ ac temerariæ litis, ubi etiam leviores causæ revelant a condemnatione in expensas, quo faciliè referas Responsa prudentum; Et inter prænumerationem expensarum & eas causas, quæ hanc operantur: nam ibi aliæ graviore rationes exiguntur, de quibus Judici certo ex Actis constare debet. vid. Brunnem. ad L. 27. ff. de inoff. Test. n. 4.

I X.

Requisitis hæc suppositis ac omnino supponendis, jamjam per se dispalescit, superius adductas rationes contrariæ justitiæ prænumerationis hujus expensarum, nihil detrahere potuisse. Nam ratio dubitandi (I. ma) de sumptibus litigatorum pauperi adjudicandis, lite pendente, & processu nondum finito, utique tanquam regula quædam, perdit suum officium, & limitationem merito recipit, in casu æquitatis & circumstantiarum concurrentium harum: (1.) si litigator est egenus (2.) litigat de re suâ, vel communi, vel alia ex ratione ipsi præstanda, & quidem (3.) ex justa pro ipso militante causa. Mev. part. 4. decis. 194. n. 4. Carpzov. part. 3. decis. 242. num. 2. Quod ad (II. dam) attinet, quando litiganti de re sua vel communi ac tali, circa quam is jus ad rem manifesto habet, de litis expensis prospicitur? non tam arma ei suppeditantur, quam potius hæc ad proportionem aliqualem in eo reducuntur, ut ipse pariter mediis potiatur ex eadem re, unde adversarius ista petit, ne citra eadem, rem suam plane derelinquere cogatur, alterique omnis occasio præscindatur, justiore petitionem habentem ipsius proprio gladio adeo jugulandi. (III. tia) Ratio dubitandi supra allegata, de parte litigante, tum demum in expensas condemnanda, si jamjam de litis victoria constat, ut regula similiter exceptionem patitur, quando justitiæ ac æquitatis ratio aliquam provisionem de

de litis expensis antecedentem efflagitat, secundum *L. fin. C. de Ord. Cognit. ac L. 27. §. 3. ff. de inoff. test.* ne hic secus per indirectum pauper litigans privetur bonis suis, cum non habeat ad illa prosequenda, subsidia, sed modico accepto, ad evitandas alias molestias cedere cogatur. arg. *L. Si longius. 13. §. fin. ff. de Jud.* Rebuff. *de sent. provis. Art. 1. Gloss. 2. vers. intellige.* (IVta) dubitandi Ratio ideo ferè ulla responsione digna haud est, cum ille, qui vel rem suam, vel communem petit, vel aliam probabilem pro se litigandi causam habet, sicuti eum oportet esse, cui dicto modo providendum, vix ac ne vix quidem in expensarum refarcitionem condemnari, sed vel victor esse, vel adeo, si eundem succumbere contingat, restitutio anticipatarum expensarum non penitus sufflaminari, sed eo usque saltem, donec ipse ad meliorem fortunam perveniat, differri debeat. Præterea quoque id, quod ita per accidens sese exferit, non attenditur, sed hoc saltem, quod regulariter & revera adest, respicitur, nempe ipsa bonitas causæ, quam ejusmodi anticipatorem litis expensarum pro se habere convenit. Hartm. Pistor. *lib. 1. q. 20. n. 4. Myns. Cent. 6. Obs. 21. per tor.*

§. IX.

Vt proinde æquitas hujus prænumerationis expensarum litis eo magis sese exferat, posteaquam hæc ipsa in genere hucusque est perpensa, nunc quoque eandem per nonnullos casus speciatim intueri non erit adeo extra oleas vagari; & quidem consideraturi sumus hos ipsos, vel quatenus respiciunt *Jus personarum*, vel *Jus in re*, vel *Jus ad rem*. Illos ad personarum jus suo modo spectantes, quod attinet, occurrit (1) quoad Statum Libertatis casus, *L. ult. §. Quod ei. C. de Ord. Cogn.* ubi sancitum extat, quod si ab eo, qui est in quasi possessione libertatis, bona subrepta esse dicuntur per eum, qui dominum sese esse contendit, is, qui sese dominum asserit, impensam litis illi, si aliunde eam non habet, subministrare debeat

beat ex bonis illis, cuius decisionis ratio est hæc: quia illa quasi possessio libertatis, & bonorum præsumtionem pro ipso actore caulatur. *L. circa. 14. ff. de Probat. Menoch. de Præsumt. L. 1. q. 25. n. 2. Rebuff. de sent. provis. in præfat. 104.*

§. III. X

Ratione Status Civitatis (2.) talis figurati species facti potest: Lite quadam magistratum inter & cives, de administratione honorum & bonorum civitatis, vel de collectandi modo, ac similibus, obmota ac certa forma civitatis & consuetudine decidente hanc rem, deficiente, sicuti magistratus impensas depromit ex cista publica; ita pariter civibus exinde prospiciendum, modo hi ipsi pro se justam præsumptionem habeant, sintque constituti aliquali in possessione vel quasi, per ea quæ hanc in rem applicari possunt ex Menoch. de præsumt. lib. 1. q. 35. n. 22. & seqq. *Nov. part. 5. decis. 340. per tot.* ac Brunnen. ad L. 27. ff. de iust. Test. n. 10. Siquidem publica utrinque causa, quæ publicis impendiis agenda, & par utriusque partis ratio similisque æquitas illud suadet, accedente potissimum hac ratione, quod illa arca non ex magistratus loculis sed communi civium marsupio sit ideo collecta, ut illorum necessitati per æquitatem serviat: Et qui denegari ex publico posset, si non mos civitatis aliud exigat, illud civibus, maxime alia casta communi carentibus, quod aliis pauperibus conceditur litigantibus de bonis communibus, vel apud adversam partem existentibus, arg. L. 2. C. de Carb. Edict. Roland. a Vall. consil. 87. p. 2. Matth. de Afflict. in Consil. Neapol. lib. 1. rubr. 33. n. 7. Hic tamen perquam caute procedendum esse judicamus, ut quemadmodum haud facile civibus indulgendum, quo lites Magistratui suo moveant, sed omni ope curandum, quo oriundæ quantocyus exirpentur, nec discordiis civilibus perniciosissimæ civitatum pesti ullus concedatur locus. Blum. Process. Cam. tit. 34. n. 77. & 78. ita quoque his præcautionibus summa ex ratione præmissis, provisionis huius

jus de sumptibus litis in cives applicandæ, in tantum ratio habeatur, in quantum illa contra formam & conditionem Regiminis pristini, ac Magistratus privilegio dudum firmatam, non impingit. *Mev. part. 5. cit. decis. 340. n. 3.* Quamobrem etiam Summis in Imperii Dicasteriis iustissime in tali casu receptum, ne oppido inter Magistratus & cives processus decernantur, sed antea magistratus relatio exigatur. Recess. *Imp. de An. 1654 §. benebens sollen. 105. ibi: Den Unterthanen und Burgern wider ihre Obrigkeit die Process nicht leichtlich erkennen/ sondern vorhero umb Bericht schreiben.* Sicuti secundum hucusque deducta, civibus quandoque de litis expensis providetur; ita & Monachis litigantibus contra Abbatem vel Monasterium, si pro ipsis extat iusta litigii præsumptio, qualis etiam ex quasi possessione religionis professæ, quandoque pro liticulæ qualitate, inducenda. *Cap. Ex parte II. X. de Accus. Menoch. de præsumpt. L. 1. q. 35. n. 2. Rebuff. de sentent. provis. in præfat. num. 103. & seq.* Quod ipsum ad cæteros quoque Clericos pro utilitate Ecclesiæ agentes, extensum esse volunt, quemadmodum & nos hoc assertum in nostro Protestantium foro, ad omnes personas beneficiarias, de communi beneficio viventes pauperes, sed de beneficii participatione iuste disceptantes, adplicandum esse omnino censemus.

§. XI.

Quod statum Familiæ concernit, itidem haud raro hic prospicitur (1) filio litiganti de filiatione cum patre suo isthanc negante: potissimum cum fuerit hucusque in quasi possessione filiationis habitusque à patre pro filio. *L. 10. ff. de his que sui vel alien. jur. L. 1. §. 12. ff. de agnoscend. & alend. libr. nec non arg. L. 14. ff. de probat. L. 7. §. ff. de liber. caus. Men. L. 1. q. 35. n. 33. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præf. 9. n. 11.* ob rationem, ne deficiant eidem interea alimenta ac res suas administrandi media, neve ob defectum pecuniarum cogantur deserere processum, & litibus renunciare. *Mynsing. Cent. 6.*

Cent. 6. Obs. 21. num. 3. Stryck. in Tratt. del investig. act. sect. 1. memb. 3. §. 13. Matth. de Afflic. in Decis. Neapol. 10. Sine probatione tamen laudatæ quasi possessionis filiationis, liberis prætensis prospiciendum vel minime: ne quilibet malignus sub prætextu filiationis diviti quæstionem moveat, ac provisionis beneficium subdolè præripiat. Rebuff. de sent. provis. Art. 1. Gloss. 2. n. 21. Ostensa tamen quasi possessione ritè supponenda, ita provisio circa litis impensam obtinet, ut ea adeo absque discrepantia sexus, arg. L. maximum vitium 4. C. de lib. præterit. decerni soleat; nec pariter hoc ipsum attendatur, num liberi sint primi gradus; an secundi; aut ulterioris; num sint in patria potestate; an non; quia quoad hanc prænumerationem expensarum, nulla differentia patriæ potestatis & emancipationis. L. 1. §. 1. & 9. ff. de agnos. & alien. lib. natiuitatis iamjam factæ vel non: L. 1. §. 10. & L. 3. ff. de ventre in poss. mitt. innatæ sive factæ legitimatis, L. cum quis. C. de nat. lib. cap. tanta. 6. X. qui filii legit. nec denique processus vel in petitorio vel in possessorio moti. arg. L. lud. 32. pr. ff. ad L. Aquil. attenditur. Sed num idem sit sentiendum de adoptivis, disquiritur: Sane Menoch. lib. 1. præsumpt. 35. n. 24. & Rebuff. de sentent. provis. art. 1. Gloss. 2. n. 27. id quidem negant ideo; quia partim in favorabilibus adoptivos sub nomine liberorum non venire; partim vero nec eis alimenta deberi, arbitrantur. Verum enim vero nobis Glossa, Spec. Bald. & aliorum à Menoch. ipso, dicto loco allegatorum adfertio verisimilior exinde videtur: quoniam hæc prænumeratio sumptuum litis, nec à liberorum appellatione, nec ab alimentorum præstatione, sed à præsumptione bonæ causæ dependet, quam utique adoptivus, qui filius negatus, facta adoptione plena, ex quasi possessione filiationis adoptivæ, tam diu pro se habet, donec probetur, hanc vel plane non, vel non ritè intervenisse, aut iterum plane expirasse. L. pen. & fin. C. de emancip. & Nov. 89. c. 11. Hucusque memoratam præ-

præexclusionem litis sumptuum non tantum ipsis parentibus liberis suis status controversiam moventibus, locum habere confemus, sed & tunc eandem quoque decerni posse putamus, cum & alii parentum adpellatione haud comprehensilibus impuberibus controversiam status movere audent, arg. *L. 1. pr. §. 4. L. 5. §. 3. L. 7. ff. de Carbon. edict. ac tot. tit. C. cod. Mynsing. Cent. 6. Observ. 21. n. 3.*

§. XII.

Dicta hætenus de erogatione litis expensarum liberis facienda, etiam ad parentes adplicanda venit, si & ipsis paternitas per liberos negatur modo hi sint pauperes & in quasi possessione paternitatis constituti, id est, tales actus in filium consentientem exercuerint, unde possessio ista colligi possit, arg. *L. 14. ff. de prob. L. 7. §. fin. ff. de lib. caus. Rebuff. de sent. provis. art. 1. Gloss. 2. n. 9. Dn. Stryck. Tract. de act. invest. sect. 1. n. 2. §. 12.* Idem obtinere in fratribus & sororibus aliisve, si & ipsis fraternitas, vel consanguinitas ad exclusionem ab hereditatis divisione abnegatur, modo & hi in quasi possessione cognationis sint constituti. *Rebuff. cit. loc. n. 10. Menoch. de præf. lib. 1. q. 35. Mynsing. Cent. 6. obs. 21. num. 4.* Hoc quoque ad uxorem extendi debere haud inficiamur, si & hæc ipsa uxor est negata, ac pro se præsumptionem aliquam habet, Andreas Alciat. *de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 9. num. 11.* vel in quasi possessione exitit, arg. *L. 14. ff. de prob. L. 7. ff. de agnos. & alend. Rebuff. de sent. provis. art. 1. Gloss. 2. n. 21. Mynsing. cit. loc. n. 5. Dn. Stryck. tract. de invest. act. sect. 1. n. 2. §. 15.*

§. XIII.

Ex Jure Rerum sequentes evenire casuum figuræ possunt, quibus præsens sumptuum litis postulatio intercedere valet, ut puta, si quis jure separationis & extra concursum creditorum res suas extantes proprias vindicaturus, *L. 24. §. 2. in fin. ff. de Reb. aut. jud. poss. & L. 8. §. 9. ff. commodat. sumptibus egeret*; hoc ipsum astruere adeo haud veremur, etiam

iam quoad illam rem venditam, ubi fides habita de pretio ab ignorante venditore, sed emptori tempore contractus jam tum obarato, ac se solvendo esse simulanti: Siquidem dolus hujus ac calliditas venditorem ad fidem eidem habendam induxit, quod efficit, ac si ea non habita fuisset, arg. *L. Si quasi. 3. ff. de pign. act.* Gail. 2. *Obs. 15. n. 9. & 10.* Carpz. *J. P. F. part. 1. Const. 28. def. 18. & 19.* Huber. *Prælect. ad ff. tit. qui tot. in pign. num. 4.* Iniquum enim foret in casu litis, circa istas res adhuc existentes motæ, egentibus partibus non subvenire hæcæ sumptuum litis prænumeratione, quum ita suum petant, atque ex eo satis fundatam intentionem habeant, arg. *L. 27. §. 3. ff. de inoff. test. ibique Dd. Hartm. Pistor. lib. 1. q. 20. num. 4.* Sicuti autem dicto modo pauperi litigatori succurritur suam rem extra concursum vindicandi; ita quoque ipsi debitori non minus succurrendum hac provisione de litis sumptibus, si bona ejusdem arrestata, vel adeo judicialiter consignata & ad concursum protracta: Quod si enim possessor bonorum, de quibus litigatur, hosce sumptus præstare cogitur, *L. 27. §. 3. ff. de inoff. test. L. f. C. de Ord. cog. laudatus Hartm. Pistor. qual. 28. n. 1. & 9.* quidni multo magis pati debeant creditores, ut ex arrestatis propriis tantundem vorrigatur debitori ac vero domino; cui multo justius tales expensæ prænumerantur, quam cuiquam ex tali patrimonio, de cujus dominio & proprietate adhuc disceptatio subest. *Mev part. 3. decis. 287. & de Arrest. cap. 15. n. 19. 20. & 21. Brunnem. ad L. 27. ff. de inoff. test. n. 7.* Quemadmodum secundum hæctenus dicta hæcæ provisio de litis expensis dominio solitario egenti impertitur, ita quoque domino de suo condominio, vel prestationibus personalibus exinde perceptis controvertenti non minus juste decernitur, arg. §. 3. *Inst. de Oblig. que quasi ex cont. L. 4. §. 3. L. 8. §. 2. & 20. ff. commun. divid. Brunnem. ad L. 27. ff. de inoff. test. n. 8.* Rebuff. *de sent. provis. in præfat. n. 117.* ne de commodo propriæ rei litigaturus, alias ob defectum

cum sumptuum istam penitus deserere cogatur. Guid. Pap. *decif. Delph. q. 501. Mev. part. 4. decif. 194. num. 4.* Harum. Pi. *Ror. lib. 1. q. 20. n. 4.*

§. XIV.

Hæreditatem vindicanti pariter nonnunquam provideri debere expeditum est, per clarum hanc in rem juris textum L. 27. §. 3. *de inoff. testam.* Ubi avus nepotem ex uno filio exhæredavit, & filium alterum, vel extraneum quempiam, hæredem instituit, nepos verò avi testamentum impugnans obtinuit, sed hæres scriptus per appellationem sententiam à viribus rei judicatæ suspendit, hac ipsa pendente, nepos facultatibus plane destitutus, provisionem insimul, præter alimoniam, de litis sumptibus consecutus est: idque justissime ob triplicem præsumptionem, quam pro se habuit: unam filiationis; alteram exhæredationis injustæ; & tertiam sententiæ in prima instantia jamjam pro sese pronuntiatae. Nam quod ad priorem attinet, illa derivanda ab ipsa ex hæredatione, ex qua capitur præsumptio filiationis hæc, quod exhæredatus omnino filius fuerit, licet secundi gradus: extraneus enim, cum ipso jure sit ab hæreditate exclusus, non habile subiectum existit, cui prædicatum exhæredationis jure applicari possit. Menoch. *lib. 1. præf. q. 35. n. 5.* Altera conjectura pariter intuitu exhæredationis sese exserit, utpote quæ tamdiu injusta censetur, donec probetur ab hærede scripto, justam exhæredationis causam fuisse. Nov. 11. c. 3. *infra.* ibi: *Et hæredes scripti nominatam &c. veram esse monstraverint.* Alciat. *de præsumpt. reg. 1. præf. 16. n. 1. & 2.* Denique tertia præsumptio ex sententiâ primæ instantiæ depromitur, siquidem in hac Judex primus tamdiu juste pronunciaffe censetur, usque dum in secunda instantia aperte aliud appareat: Judicis enim sententiâ pro se tamdiu justitiæ præsumptionem meretur, donec contrarium doceatur. *cap. 6. X. de Renunciat. & cap. 13. X. de Elect. Berlich. part. 2. decif. 212. Carpzov. decif. illust. 48. n. 19. Mascard. Concl. 957. per tot.*

Quum autem ex eis, quæ occasione *L. 27. §. 3. ff. de inoff. testam.* in medium jamjam prolata, constet, triplicem conjecturam secundum speciem facti, ibidem à Jcto propositam, pro nepote militare; non hinc existimandum, ac si ad provisionem filio de expensis litis faciendam, istas præsumptiones omnes simul ubivis præsupponere debeamus; id minime gentium: Siquidem istæ rationes moventes tantummodo pro contingencia facti *in cit. L. 27. §. fin. ff. de inoff. testam.* propositi concurrebant. Nec quicquam in contrarium facit ipse modo allegatus textus *L. 27.* cum loquitur de provisione in secunda instantia, posteaquam filius jamjam obtinuit in prima: Par enim ubique est æquitatis & justæ causæ ratio, nam & in prima instantia litigans de re præsumptivè sua, nempe hæreditate paterna, arg. §. 2. *Inst. de hered. qualit. & diff.* tam ratione filiationis quam injustæ exhæredationis, pro sese aliquid præsumptionem, ante sententiam primam obtentam habet, quæ non potest non sine effectu præsentis provisionis esse, modo aliæ circumstantiæ eandem comitentur, nimirum filius non sit facultatibus, ita alias præditus, ne egeat, arg. *L. extraneo. 6. ff. ibique Bartol. de ventr. in poss. mit. L. f. C. de Ord. Cognit.* vel manifeste constet, eundem hæreditati petendæ jam antea renunciaffe, vel plane à vivo patre accepta ab eadem certa bonorum portione, segregatum esse. Dn. Harprecht. *Conf. 65. vol. 4. n. 64. Rebuff. de sent. provis. Art. 1. Gloss. 2. n. 23. & 24.* consecutus enim est sic præmium, quod heic succedit in locum hæreditatis, unde hæc & illud simul impetrare fas jusve haud foret. *L. præmium. 22. ff. de pet. hered. L. quia 9. ff. de usufr.*

Idem jus providendi liberis de sumptibus litis est in casu quo tantum de eisdem relictæ legitimæ lis observatur, fortassis de computatione illius, quando unus ex liberis rite & juste exhæ-

exhæredatus, & inter cæteros liberos, quibus tantum legitima assignata, quaestio orta: num pro augenda vel minuenda legitima secundum *Nov. 18. c. 1.* exhæredatus ad numerum liberorum pertineat, vel pro mortuo sit habendus, in hac facti figura, quando pater quinq; liberos habens, tres simpliciter hæredes instituit, quarto saltem legitimam institutionis relinquit, & quintum adeo rite & juste exhæredat, quartus autem nomine legitimæ suæ, semissem portiones ab intestato sibi debite præterdit, sed cæteri hæredes scripti eidem tantummodo trientem ejusdem præstare gestiunt? Quanquam enim rectissime ista quaestio pro quarto affirmative decidatur per *L. 8. §. 8. ff. de inoff. testam.* & rationem, quod legitima computetur non aliter, ac si testator ab intestato decessisset; cui etiam accedunt *Vinn. Lib. 1. q. 11.* ac *Lauterb. in Concl. forens. Ex. 1. Concl. 10.* Nihilominus tamen ob Doctorum in hac quaestione dissensionem, qua de *Huber. ad Pand. in Prael. tit. de inoffic. testam. n. 14.* facile controversia inter liberos existere potest. Hic omnino iniquum foret petenti suam legitimam ege-
no de litis sumptibus haud prospicere ita, sicuti summa æquitatis & justitiæ ratio in se efflagitat. Non minori fundamento nititur illa provisio inter liberos, hoc quoque in casu, quando diversa parentum testamenta extant patris & matris, in quibus liberis diversa portiones hæreditariæ assignatæ, & de horum testamentorum prævalentia adhuc lis subest; qualem speciem facti fere nuperrime Facultatis Juridicæ Universitatis decisioni subjectam meminimus, hac in lite diversorum extantium testamentorum patris & matris, pariter ne-
poti colliganti pauperi interea de litis expensis, secundum *L. 27. §. 3. ff. de inoff. testam.* prospectum fuisse, ex actis huc transmissis adparui. Imo pariter paucos abhinc ante dies, lis inter avum & nepotes in actis conspiciebatur de bonis immobili-
bus, quæ filius, liberis suis hæredibus institutis, patri legaverat sub modo & onere secundum arg. *L. 2. C. de his quæ*
sub

sub mod. legat. Heic pariter nepotibus ab avo bona paterna possidente, lite super isto legato pendente, provisio sumptuum litis petita & obtenta legebatur.

§. XVII.

Num & iis, qui hypothecaria actione experiantur, si egent, litis sumptus prænumerari debeant, disquirendum quoque venit: Sane mihi distinguendum videtur: num ista actio moveatur in concursu creditorum eo, quo bona debitoris sunt distrahenda, an vero extra eundem, & ubi distractione illa opus non est? Priori casu actori pauperi & prælationem in concursu præ cæteris merenti, sumptuum prænumeratione succurrere æquitati, & juris rationi consentaneum reor; ne concursu creditorum ob aliorum creditorum disceptiones interpolatas pendente, mediis, ad suam licitam simul intermixtam pertractandam, necessariis destitutus, eandem plane deserere compellatur. Sicuti enim movens hypothecariam actionem, prælationem quandam secundum L. 3. §. 10. C. qui pot. in pign. habet; ita quoque hæc ipsa factis fundamenti est, in casu talis omnino securæ distractionis rei hypothecatae, ejusmodi actori sumptuum præexsolutione subvenire, unde provisionem hanc & alibi haud injuristam reputatam, præjudicio quodam allegato testatur Brunn. in Comment. L. 27. §. 3. ff. de inoff. Testam. n. 5. Nihil quicquam officiente hoc ipso, quod actio hypothecaria non ad creditum repetendum, sed uti pro indole sua realis actio est, ita ad pignus vindicandum solummodo accommodetur; & secundum L. 16. §. 3. ff. de pign. & hypoth. tantum possessoris ac conventi rei arbitrio permittatur, hypothecam vel dimittendi, vel pecuniam loco hujus exsolvendi. Cum in hujus questionis decisione nos expressim præsupposuimus id, quod hypothecæ plerumque vendantur, sicq; illæ ipse per refusionem pecuniæ debitæ, ab emptore faciendam, à pignoris nexu liberandæ veniant; qua in suppositione modo allegata indoles actionis hypothecæ

pothecariæ adsertioni nostræ superiori adversatur vel mi-
nime.

§. XVIII.

Quemadmodum hypothecæ intuitu agenti, certa ratione
hanc nostram provisionem decerni posse sustinuimus; ita quo-
que confessoria actione usufructum legatum vindicanti, ean-
dem haud denegandam ducimus in casu eo, quo lis cum pro-
prietario circa cautionis usufructuariæ præstationem nondum
est expedita: ne ipse usufructuarius, dum hæc lis producitur,
careat mediis jus suum deducendi. arg. L. 7. pr. ff. usufr. quam-
admodum cav. L. 5. §. 1. ff. de usufr. ear. rer. L. 27. §. 8. ff. de
inoff. testam. L. f. C. de Ord. Cognit. Ne autem opineris, vix ac-
ne vix quidem heic talem litem, per quam usufructus prote-
letur facile exoriri posse, lubet in medium adducere isthanc
facti speciem, cujus meminit Huber in *Prælect. ad Pandect. tit.*
usufr. quemad. cav. n. 1. in hisce fere terminis: Titius hæres
se omnibus testamenti articulis exacte pariturum, testatori
promittens, cautionem usufructuariam a testatore Julio con-
tra L. 6. ff. ut in poss. leg. ser. L. 7. C. eod. ac L. 1 C. de Usufr. re-
missam approbare renuit. Qui sane casus istud dubium, de exi-
stentia ejusmodi litis fortassis suboriundum, tibi facile exime-
re valet. Sic etiam inter patrem usufructuarium legalem,
ab hac cautione per L. 6. §. 2. & 8. §. 4. in fin. C. de bon. qualib.
alioquin immunem, & filium in casu dissipationis juste me-
tuendæ, lis de cautione præstanda; Carpz. *part. Conf. 10. def. 9.*
num. 8. & seqq. occurrere potest, in qua pariter præsens pro-
visio de litis sumptibus eo justior videtur, quo æquius etiam
tunc, quando nulla cautio ab usufructuario præstari potest, res
usufructuaria proprietario, vel cuidam tertio, pro certa pecu-
nia, loco usufructus usufructuario præstanda, committitur.
Buf. ad L. 4. & 5. ff. de Usufr. ear. rer. num. 12. & seqq. Gail. 2.
Obs. 47. n. 10. & ipsi adeo fructus ante cautionem præstitam
percepti, arg. L. 5. §. 1. de Usufr. ear. rer. relinquuntur. Buf. ad
c. 1.

cit. l. si. num. 6. Imo hanc provisionem & tunc locum habere autumo, licet ob graviorem & insigniorem deteriorationem is jure suo cedis, arg. *L. 14. ff. quibus mod. usufr. amitt. l. 9. §. f. ff. de damn. infect.* perhibeatur, hincque rei usufructuarie sequestratio decernatur; & quidem ob istius presumptionis bonam rationem, quam tamdiu hujus deteriorationis insignioris insimulatus, pro se habet, usque dum liquidò de eadem constet. *Mev. de Arrest. cap. 25. n. 24. & 25.*

§. XIX.

Num & in remediis possessoriis quorum bonorum, & interdico uti possidetis maxime hodie in summarium & ordinarium divisio, atque interdico unde vi, nostra provisione applicacionem possit adinvenire, pariter non ambigendum, modo ubique actor pro se habeat justam ac probabilem litigandi causam, arg. *L. 1. ff. quor. bonor. l. 27. §. 3. ff. de inoffic. testam. l. fin. C. de edict. Div. Hadrian. tollend. ac Cap. 9. X. de probat. ac possessoris jus infirmius adpareat. l. 9. l. 11. l. 13. pr. & §. 1. l. 16. §. 4. ff. de hered. pet. & cit. Cap. 9. X. de probat. Perez. ad tit. C. unde vi. num. 27. 28. & 29.* Siquidem & hic iniquum foret pauperem litigatorem deferere, & eundem non quovis modo adjuvare, distante id potissimum causae justitia, quae pro ipso militare videtur, vid. *Cluden. de rebus. quotid. cap. 6. n. 30. 77. & 78. Rebuff. de sentent. provis. art. 1. Gloss. 2. num. 2.*

§. XX.

Hucusque de provisione expensarum litis in controversiis circa jus in re oriundis. Nunc quoque de eis, quae de Jure ad Rem sive ex Obligatione moventur, dispiciendum erit. Sane hic provisionem nostram eodem aequitatis fundamento niti, sumus penitus persuasi: nulla enim diversitatis ratio praegnans adversatur, cur non creditori egeno à debitoris convento, simile subsidium litis expediendae porrigi debeat, praesertim si creditum liquidum, & exceptio opposita
altio-

altioris indaginis, & ita obscura existit, ut omnino æquum & justum sit, eandem non admittere ad remorandam, vel impediendam hanc provisionem, dummodo de jure et fundamento intentionis creditoris satis constat, cui innitatur prænumeratio litis expensarum decreta: Siquidem æquitati haud adversatur, interea ex eo, ad quod justa suppetit petitio, inopem alere. arg. *L. 1. §. si ea. ff. de ventr. in poss. mitt.* Faber. in *Cod. Sabaud. L. 8. tit. 6. def. 2. n. 2.* Contrariari equidem censetur adductis, quod illi demum hoc pacto subvenit, qui de re vel in totum vel pro parte sua controversat. *Mev. part. 4. decis. 194. num. 4.* quod ipsum de creditore adversus debitorem ex obligatione agente, prædicandum videtur vel minime, arg. *§. 1. Inst. de Act.* potissimum cum suum ac debitum sibi invicem opponuntur. *L. 27. §. 2. L. 34. pr. ff. de aur. arg. mund.* Verum enim verò hujuscemodi scrupulus vel ideo parum relevat, quia hic, sub largiori appellatione hujus rei ad actorem spectantis, obligationes non excluduntur, sed utiquè comprehenduntur, *L. 52. ff. de A. R. D. L. 49. ff. de v. s. L. 44. ff. de Condict. indeb.* hinc & in *pr. Inst. de Act.* in descriptione actionis sub verbo: *debetur*; actio realis includitur. *Grav. ad Inst. Imp. loc. difficil. Diss. 14. in pr. Inst. de Act.* ut adeo de veritate præsentis nostræ assertionis nec in theoria, nec in praxi sit dubitandum, quod dicitur *Mev. part. 4. decis. 194. per 208. & part. 5. decis. 375. n. 1.*

§. XXI.

Hinc est quod, quantum ad obligationem immediatam attinet, liberis tam legitimis et naturalibus, quam illegitimis, Carpz. *Jurispr. Eccl. lib. 2. def. 242. & lib. 4. Resp. 69.* de quantitate alimentorum cum parentibus suis disceptantibus etiam juste provideatur de sumptibus litis, quæ proviso etiam æqua est in casu litis dotis, vel donationis propter nuptias determinandæ gratia motæ; ut ut enim parentes sine facto quodam conventionali ad hæc debita subeunda obstringantur, nihilominus tamen horum petitio ex parte liberorum

D tam

ram iusta ac tam efficax est, ut huius iustitiæ intuitu, donec de quantitate vel idoneitate disceptatio finiatur, prænumeratio expensarum egenis liberis facienda non possit non acquiescenda esse, ne in sua iusta intentione ritè ac commode per-textenda præpediantur. *L. s. §. s. ff. de agnosc. & alend. L. 10. ff. de his qui sui vel alien. jur. L. fin. C. de Ordin. Cognit. Rebuff. de sent. provis. Art. 1. Gloss. 2. n. 35.* Idem iudicium ferendum quoque de provisione parentibus & conjugibus impertienda, sicuti enim his ipsis alimenta debentur, ita quæque eis, illa petentibus, media non sunt deneganda, pendente nimirum pariter lite de quantitate & quantitate istorum: *Rebuff. cit. tract. Art. 1. Gloss. 2. num. 2. 9. & 17.* Dn. Stryck. *Tract. de invest. act. sect. 1. membr. 2. §. 15.* Siquidem & hi factis præsumptionis iustæ pro se habent hanc ipsam provisionem obtinendi. *Andr. Alciat. de præf. 9. n. 10. 11.* Eandem hanc provisionem etiam sponsæ contra sponsam refractarium matrimonium consummare nolentem extendit *Carpz. Jurisprud. Eccl. lib. 2. def. 236.* Dn. Stryck. *cit. loc.* Similiter stuprata, causa stupri finita, ac lite de quantitate saltem dotis superflite *Carpz. prax. Crim. 9. 68. num. 13. 16. & 32.* *Harprecht. ad §. 4. Inst. de publ. jud. num. 93.* si inopia pressa petit hanc provisionem, eandem omnino reportabit ob æqualem, quam pro se habet, iustam litis præsumptionem. *Exod. 22. v. 18. cap. 1. & 2. X. de adulter.*

§. XXII.

Ex obligatione mediata, quæ mediante facto obligatio constituitur, sicuti salaria debentur, ac adeo ea, quæ non promissa pariter peti possunt, *L. 1. pr. & 10. & 11. ff. de extra-ord. cognit.* ita quoque si de his lis exoritur interea indigentibus, provisio de sumptibus litis non deneganda, quod eo magis in Pastoribus, ac Præceptoribus cum Patronis Ecclesiarum & scholarum controvertentibus, usû venit, quo minus litibus inter ipsos de salariis pendentibus, hæc ipsa suspensenda sint per text. Pauli 1. Epistol. ad Corinth. cap. 9.

ac doctrinam *Mev. part. 4. decis. 134.* Idem provisionis nostræ beneficium etiam ad alia locaria, & mercedes famulorum porrigendum esse, per rationem, quam *Mev. p. 4. decis. 194. num. 6.* allegat, eo minus asserere dubitamus, quo gravior non tantum est exaggeratio, quam verbi divini Interpretes de eisdem non retinendis faciunt; sed & quanto major & notior insuper ille favor evadit, quem alias hodierna jura illis accommodant, videlicet *Carpzov. p. 1. Consil. 28. def. 26. Mev. ad Jus Lubec. L. 1. art. 11. num. 65.*

§. XXIII.

Lite ex aliis obligationibus mediatis, mutuo, locato, vendito, societate aliisque causis productivis versante; analogiæ juris superius deductæ haud obloquitur, egeno actori similiter præexsolvere impendia ac media ad litem pertexendam, modo ipsius petendi causa liquida, & ita comparata, ut pro eodem ubivis militet præsumptio justii litigii, utpote quæ fere sola hanc prænumerationem decernendi ratio movens existit. *arg. L. §. 11. & §. sicut quæ 14. ff. de ventre in poss. mitt. Fab. in Cod. Sabaud. lib. 3. tit. 6. def. 2. num. 2. Covarruv. Pract. quest. num. 6. Hartm. Pistor. lib. 1. q. 20. num. 4. Mynsing. 6. Obs. 21. num. 1.* Hanc provisionem etiam tunc concedendam ligatori egenti arbitramur, licet bona debitoris sint arrestata, cum nec per arrestationem justa causa petendi eandem remota conspicitur; Sicuti quoque & ipsi debitori ac reo convento pariter subveniendum est, bonis ejusdem arrestatis, utut ceu supra jamjam adductum, alio ex fundamentis, ideo nempe, quia bona arrestata nihilominus ejusdem adhuc propria permanent, quo in casu hæc provisio eo minus dubit habere putatur, quo æquius est, ut eidem succurratur, si præter bona arrestata nihil amplius in bonis habet. *Rebuff. de sent. provis. in pras. num. 16. Mev. part. 3. decis. 287. & in Tract. de arrest. §. 25. num. 25.* adeo ut ipsi non solum hi sumptus litis erogandi, quibus eget ad pertexendam litem, cuius ratione arrestum impositum, sed & illi, qui ad alias pendente-

entes causas tractandas ipsi sunt necessarii, in hoc ejusdem iuramento fidendum, modo & illæ lites non manifesto adpareant temerariæ. Brunnem. ad L. 27. ff. de inoff. test. num. 7. Num autem in actionibus rei persecutoriis ob delicta motis vid. §. fin. Inst. de Oblig. qua ex delict. L. 14. §. 1. ff. ac. L. 18. ff. quod met. caus. similis erogatio sumtuum agenti ageno adjudicari valeat, pariter considerandum. Sane id affirmare haud hæsitamus, modo intentio ejusdem fundata, & exceptio rei conventi altioris indaginis sit, cum constet, fere solam præsumptionem justi litigii pauperi colitigatori huncce favorem conciliare. *Mev. part. 4. decis. 194. num. 6. Menoch. de A. F. 2. lib. 1. 9. 35.*

§. XXIV.

Quo autem hæc nostra provisio ad petitionem partis egentis, rite decernatur, requiritur, ut antecedit aliqualis causæ cognitio, arg. L. 1. §. 14. ibid. ut *summatim de re cognosceret. ff. de ventr. in poss. mitt.* ex qua de justa petentis intentione & ejus qualitate sufficienter constare possit. Ad hanc autem iuste defungendam necessum, ut (1) adsit quædam relevans & justa causa ad prægravationem præveniendam adversæ partis, ac evitadam omnem iniquitatem, (2) hæc ipsa pars, adversus quam provisio alteri decernenda, simul citeatur, & de super audiatur, ac (3) tantummodo de necessariis prospiciatur, de cætero autem omnia integra & in eventum litis illæsa ferventur, arg. L. 10. ff. de his qui sui vel jur. *Mevium part. 3. decis. 376. per tot.* Dependet equidem hæcce provisio maxime ab arbitrio judicis, non tamen ex promiscuo & tali, quod justa causa destituitur, pro qua exploranda utique modo adducta monita observanda. *Mev. cit. loc.* Unde etiam sententia, qua provisio isthæc adjudicatur, sequentem in modum, teste *Carpzov. in Process. Saxon. tit. 24. art. 1. num. 90.* concipi solet: *Das Beklagter gestaiten Sachen nach / den zu dieser Sachen nothwendigen Verlag / Klägern aus den streitigen Guth zu reichen schuldig. D. R. W.* Quodsi tamen judi-

judici pro causa circumstantiis consultum haud videtur, ip-
 sam colligantem partem ad talem sumptuum praenumera-
 tionem condemnare, utique ex officio pauperi succurre-
 re aequitati & rationi pariter consentaneum foret, ne ipse
 ob defectum sumptuum jus suum prosequi praepediatur, ac
 indefensus, quasi, mediis litis plane destitutus, reliquatur.
 Ord. Crim. art. 7. in fin. Matth. Coler. de Process. Exe-
 cut. part. 2. C. 2. num. 120. Gail. lib. 2. Observ. 43. num.
 16. & seqq. Quo respexit etiam Serenissimus Saxoniae
 Elector in Ord. Process. Jud. tit. 1. §. Ob wir auch wohl re-
 verl. oder aussie denselben / von denen Gerichten mit
 notwendigen Verlag des Processus versehen werden
 soll. Cui in hoc concordat Ord. Cam. p. 1. tit. 53. in verbis: Wie
 ordnen und setzen auch, das alle Geld Poenen/davon hie
 oben Meldung geschieht / hinführo zu Hülf der armen
 Partheyen / die zu Verkündigung ihrer Ladung und
 andern Gerichts-Brieffen den Boten nicht zu lohnen
 haben/denselben und sonst nach eines Gerichts-Bescheid
 ausgegeben werden sollen. Hunc in finem saeculum pauper-
 rum, den armen Seckel/ laudabiliter constitutum in Camera
 memorat Blum. in Process. Cam. tit. 63. num. 43. ita ut multa
 Procuratorum & Advocatorum ac litigantium, eo deputeur, si
 sit infra marcam auri puri, vel 96. Imperiales, de cujus computa-
 tione laud. Blum. dit. Proc. tit. 30. n. 76. si supra sisco impuetur.
 Sed nec tum tales sumptus absque juramento paupertatis ante-
 cedenter praestito, ita pauperi sunt praestandi, Carpz. Process. Sax.
 tit. 24. art. 1. n. 8. & seqq. ubi ita sententionatum videtis. Würde
 Nicht erhalten/das er in allen seinen Vermögen
 nicht so viel habe/davon er einen Advocaten halten / und
 den Process verlegen könne/inmassen ihme zu thun oblie-
 get. So wird ihme Amts und Gerichts wegen ein Ad-
 vocat billig zugeordnet / ihme auch die notwendigen
 sumptus litis zu dieser Rechtfertigung gereicht. V. N. W.
 Haec ipsa provisio sumptuum litis de publico, sicuti initio hujus



Difertationis plenius difcuffum extat, facienda femper est, quando litigans pauper, nec de rebus propriis, nec de communibus, nec de alimentis agit, neque praefumptionem pro jure suo certam habet. *Gloff. in L. 1. §. Prator ait. in verbo. non habebant ff. de postul. Hartm. Pift. lib. 1. q. 20. Mev. part. 2. decis. 194. Carpz. part. 2. decis. 242. n. 20. Covarruv. pract. quest. 68. n. 6.*

XXV.
Sed num in passu praesentis provisionis, de litis sumptibus refundendis in casum succumbentiae cautionem praestare pauper teneatur, disquiritur. Sane hoc nobis ideo negandum videtur: tum quia hoc ipso provisionis beneficio paupertas quovis modo sublevanda, non autem praefinitione cautionis magis oneranda est; arg. *L. 6. §. 9. ff. de Offic. Praesid. L. 9. §. 5. ff. de Off. Proconsul. ob cujus favorem & alia singularia admittuntur;* arg. *L. 8. §. 8. in fin. ff. Mandat.* cum etiam impetras impensas ob justam praesumptionem, quam pro se habet censetur instar bonae fidei possessoris, sicuti hic fructus consumptos non restituit; *L. 48. pr. ff. de A. R. D.* ita quoque nec provisionarius sumptus ipsi erogatos refarcit; *L. sed si is §. 9. an autem 3. ff. de Carb. Edict. Gloss. in L. ult. C. de eod. tit. Menoch. de praesumpt. L. 1. q. 35. num. 37.* ut adeo hoc respectu frustranea cautio ipsi non injungenda, accedente praeterea hoc ipso supposito: quod in iis, quae non jure actionis, sed officii judicis imploratione petuntur, quo & praesens provisio spectat, cautiones cessare à Dd. dicantur; *Mev. part. 2. Decis. 375. per 101.* Unde est, quod assertum nostrum amplius tueantur *Menoch. lib. 1. praes. 35. vers. illud quoque omittendum non est. n. 36. & seqq. Berlich. Conclus. Pract. part. 1. Concl. 7. n. 97. & seqq.* ubi in supremo Judicio Appellationis Dresdensi, in casu *Georg von Haubitz des Ältern* in actis benaudter *Glaubiger an einem; dessen Kinder und Vormünder; beklagten andern Ehrlich.* Item in causa *Hansen und Heinrich von Uchteritz Kläger*

Klägere an einen: Georg Nebhan / Beklagten andern
 Theils, absq; ulla cautione de restituendo ejusmodi sumtos ad-
 judicatos probat utut non sit immunis à cautione pro recon-
 ventione. *Carpz. Process. Sax. tit. 9. art. 5. n. 39.* Er darff
 nur die geforderte caution alleine pro reconventione (nicht
 aber pro expensis zugleich) mit seinem Eyde bestellen. Si
 tamen suspicetur fraudem vel calumniam subesse, nihilofecius
 cautio præstanda erit ea sub formula, quam hanc in rem sugge-
 rit Lud. Molina: *de Hisp. prim. c. 16. n. 43. & seqq.* hunc in modum
 quod si in causa iste succubuerit, restituat quatenus de jure ipsum
 adstrictum esse, compertum fuerit; adeo ut juratoria cautio
 quoque admitti possit. *Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 35. num.*
36. & seqq. Carpz. Process. Sax. t. 9. art. 5. n. 39. & seqq.

XXXVI.

Quod tamen, si obtinuerit, aut ad pinguiorem fortunam
 pervenerit, ejusmodi provisionarius expensas ipsi præexfo-
 lutas refundere teneatur, ideo verius existimamus, quia im-
 munitatis causa cessante, quiescit etiam ipsa juris dispositio,
L. 6. §. 2. ff. de Jur. Patron. Hinc cessante paupertate, etiam
 privilegium ejusdem cessat; unde & juramento paupertatis
 solet inferi clausula: se, si ad pinguiorem fortunam pervene-
 rit, sumptus restitutorum. *Ord. Cam. p. tit. 55. §. pen. Blum.*
Proc. Cam. tit. 63. n. 37. quare sumptus ita bona fide præoccu-
 patos non irrevocabiliter suos facit, sed revocabiliter, & tam-
 diu, quamdiu paupertas durat. Sed si appareat, postea ma-
 liose pauperem fuisse, nihilominus ob ejus frivolam &
 calumniosam litem, est in expensis condemnandus, quas
 si solvere non potest, carcere vel corpore luat, ut & pauperum
 malicia supprimatur. *Ord. Cam. part. 1. tit. 41. §. 3. & 4. Mar-*
tin. Proc. Sax. tit. 36. §. 1. in fin.

XXXVII.

Num autem ille litigans, qui habuit Advocatum gratis
 quando victoriam reportavit, parte adversa in expensis con-
 demnata, ab hac ipsa quoque recuperare possit expensas pro
 Advo-



Advocato, quem gratis habuit, & quas verè non solvit, non immeritò disquiritur. Sane hoc ipsum affirmat Jacob. ab Aret. de *Expens. n. 12. & seqq.* quia is, cui Advocatus gratis patrocinatus, naturaliter & ad antidora ei obligatus est arg. *L. 25. §. 11. ff. de hered. petit.* Sed negat id assertum Bald. in tract. de *Jur. Proximis, in fin.* quia expensarum restitutio fieri censetur solum, ne iuste litigantes sint in damno, non autem ut capiant lucrum. Paul. de Castr. in *L. fin. in fin. C. de fruct. & lit. expens.* præterea favor uni litigantium datus communicatur & alteri in pertinentibus adlitis executionem. *L. fin. C. de fruct. & lit. expens.* Verum enim vero in hac contrarietate Interpretum distinguendum cum aliis dicimus: Num Advocatus remunerandi clientem suum gratia, pro aliquo speciali beneficio ab eodem accepto remiserit expensas; an vero simpliciter animo donandi. Priori casu Jacob. ab Aret. cit. loc. Posteriori vero Bald. cit. loc. adfortiori accedendum esse ducimus. Benin. cas. tract. de prior. pamp. q. 7. n. 26.

Sicuti omnis hucusque. exposita litium præteritio favoris plena; ita quoque sententia in eadem lata statim executoria, & nullo remedio suspensivo appellationis, vel alterius remoranda equidem videtur, Rebuff. de sent. provis. art. 1. Gloss. f. n. 34. ex causa hac: quia tendit ad instructionem & deductionem litis pendens principalis, ne ergo hujus terminatio retardetur, hinc ut in aliis provisionibus, ita nec hic ullam remoram admittendam Dd. volunt, sub hocce tamen supposito, ne principali causa fiat præjudicium per hanc causam incidentem, *L. si index. 10. ff. de his qui sunt sui vel alien. jur. Brunnem. ad L. 27. ff. de iust. test.* Verum enim vero Carpz. *Adif. in reg. part. 3. decis. 242. n. 26.* sequentem sententiam in causa Gottfried von Bising contra Magdalena Schillingen hunc in modum pronuntiatam: det von Bising 100 fl. bey Vermeidung der Execution, sum Verlag et Recht der Ehe gaas in ablen schuldig, appellatione impugnata, sed præjudicio confirmatam assertorio & Collegium juridicum hujus Universitatis, abhinc ante biennium, eisdem consulenti, cujus principali parti parilis provisio de litis suspensionem Sub- & Obreptionis, quæ etiam contra mandata sunt clausula præter paucas alias relevat; Blum. *Proc. Cam. tit. 34. n. 191.* pro circumstantiis in facto formato adductis, contra eandem sententiæ medium esse suavit.

S. D. G.

ULB Halle
001 944 55X

3




S. 6.

VD 18







B.I.G.

Farbkarte #13

Black
3/Color
White
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue

Pra. 7. num. 17.

275

1707

DISSERTATIO JURIDICA
DE
ENUMERATIONE
PENSARVM PARTI
DIVERSÆ, LITE PEN-
DENTE, FACIENDA,

Don
Verlag oder Vorschuß der
PROCESS - Kosten/

Quam
ALMA NORICORVM VNIVERSITATE
AVXILIANTE DEO,
P R Æ S I D E
D N.

RICO HILDEBRANDO,
M DOCTORE, ET INSTIT. IMPERIAL.
PROFESSORE PVBLICO ORD.
MINO PATRONO, PROMOTORE
ac PRÆCEPTORE suo omni honoris cultu

etatem prosequendo,
in Ordine Circulari,
pro virili defendendam in se suscipies
ad d. Januar. Anno dñi 15 ccvii.

JANNES GOTHOFREDVS Hausch/
Olsnicensis Variscus.



Editiq̄ altera, LITERIS KOHLESII, Univ. Typogr.

4.

